



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola XVIII. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Roberto Bellarmino S.  
R. E. Cardinali, Archiepiscopo Capuano Ivstvs Baronivs Veteracastrensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

voluntas, quàm vestra in præcipiendo successibus publicis autoritas defuisse videatur. Vale. Mogunt. 3. Non. Octob. MDCL.

EPISTOLA XVIII.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. ROBERTO  
Bellarmino S.R.E. Cardinali, Archi-  
episcopo Capuano

IVSTVS BARONIVS VETERA-  
castrensis.

POSTEA QUAM Iure ciuitatis Dei donatus sum, ILL<sup>me</sup> ET REV<sup>me</sup> D<sup>ne</sup> nil maiori cura an nitendum putavi, quàm vt pomœria eius quaqua possem, dilatarem, hostesq; ipsius festino cursu ad interitum properantes, ab execrabili insania reuocarem. Quamobrem cum ipsa experiëntia nossem, inter CALVINIANÆ hæreseos sustentacula duo insigniora esse, quibus plerique omnes siue in *Germania*, siue in *Belgio* suos concipiant, foueant, protegant, & ad posteritatem propagent errores: *Iohannis Calvinii Institutionem*, & *Zicharia Ursini Explicationes Catecheticas*: Cogitare iam dudum cœpi, quomodo ista fulcra incidi, & ad perfidiæ defensionem inutilia reddi possint. Cogitationem isthanc auxit negotij perficiendi facilitas. Cum enim à doctissimis viris ita nunc instructa sit Catholica Ecclesia, vt

non

non vnos tantum *Calvinos* aut *Vrsinos*, sed  
 integras bestiarum huiusmodi turmas pro-  
 sternere, ac si connittantur, ad internecio-  
 nē delere queant, quid laboris restet in duo-  
 bus, summis quidem illis, sed tamen hære-  
 ticiis Deiq; armatura inferiorib<sup>9</sup>, & ad omnē  
 ictum nudis? Sed quia multum interest, quo  
 quidque modo, quo duce & auspice gera-  
 tur, deliberandum censui, cui potissimum  
 hæ partes demandarentur. Ac de *Vrsino*  
 quidem res expedita est, si vel nostratium  
 aliquis cum eo in arenam descēdat. De *Cal-*  
*uino* autem grauior labor, cui cum sollicitē  
 mecum cogito, quem potissimum Anta-  
 gonistam optem, te vnum inuenio ILL<sup>me</sup>  
 D<sup>ne</sup> omnium aptissimum: cuius laus & fa-  
 ma toto orbe percrebrescens, apud ipsos  
 quoque hæreticos tantam existimationem  
 dignitatemq; consecuta est, vt vel sola no-  
 minis tui illecebra ad emendum legēdum-  
 que incitari soleant. Quamobrem si à gra-  
 uissimis occupationibus tuis tantum sub-  
 cesiui temporis decerpere licebit, persua-  
 deas tibi velim, nullum excellentius, nul-  
 lum fructuosius, magisque Christianæ Rei-  
 pub. necessarium à te opus elucubrari pos-  
 se. Erit nempe hæc felix *Disputationum tua-*  
*rum* coronis, quosque illis tanquam arieti-  
 bus conuulsiisti, hoc quasi *Herculeo* telo ob-  
 truncabis, ne vlla repullulascere vsquam

\* *Hydra possit.* \* *Macte virtute diuine vit, in orbe celebraris: Catholici te conditorem anti- quæ rursus fidei venerantur atq; suspiciunt, & quod maioris gloriæ est, omnes hæretici detestantur; meq; pari persequuntur odio, qui contra flantes ventos ardore fidei perstiti, maluiq; quantum Dominus gratiæ dedit, solus liberari de Sodomis, quam cum pereuntibus commemorari. Mogunt. Nonis Octob. M.DCI.*

\* *Hæron. apud S. August. Epist. 25. Et apud Hieron. Epist. 80 ad August.*

## EPISTOLA XIX.

CÆSAR BARONIVS SORANUS S. R. E. Cardinalis

IVSTO BARONIO VETERA  
castrensi S.

Illustris Domine.

SVAVISSIMAS literas tuas accepi, quæ mihi partim summam iucunditatem, partim summum dolorem attulerunt; tū quod perpetuam tuam constantiam, quam in rebus aduersis demonstras, indicabant; tum quod ita te animatum esse significant, cupere te omnes tuas exercitationes & studia ad meam sententiam dirigere. Quod itaq; ad primum attinet, benè facis, quod existimes, nihil tam graue tamq; molestum euenire posse, quod à bona mente te possit aut debeat auocare. Quod vero ad studium genus amplectendum spectat, credo in

Theo-